volens ille lucrari fratrem suum dixit: Sic et ego mecum
est fornicatus sum; revertamur et nos et agamus simul penitentiam
a forte dominus indulgeat nobis peccata nostra. Ille vero consolatus cum
eo regressi sunt confitentes senibus peccata sua ac penitentiam sibi
iniunctam cum magna contritione peregerunt. Sed ille vero non
pro se sed pro fratre penitentiam egit tamquam si ipse peccasset. Videns
autem deus laborem et caritatem illius fratris incomparabilis in
tra paucos dies manifestavit uni de senibus quod propter eximiam
illam caritatem illius innocentis fratris indulserit illi qui
fornicatus est. De quodam fratre qui diu vicit temptatione

Frater quidam temptatus est pessime a spiritu fornicationis in
quem miserunt quattuor demones transfigurati sunt et in
hoc iungitur. XL diebus perseverantes pugnaverunt adversus fratrem
illum ut traherent eum ad turpem commixtionem. Ille autem viriliter
reluctante et minime superato deus prospiciens bonum eius
certamen donavit ei ut ulterius iam nullum calorem carnalis
concupiscentie pateretur. De fratre qui combussit digitos.

Solitarius quidam in inferioribus partibus egypti hic erat
nominatissimus qui solus in cella sedebat in loco deserto et
ecce iuxta operationem sathane mulier quedam inhonesta audi
ens de eo dicebat iuvenibus quibusdam. Quid mihi vultis dare
et ego deponam illum solitarium. Illi autem constituerunt ei
pretium. Quedam ergo illa vespere fingens venit ad cellam eius velud er
rans et cum pulsasset cellam venit ille et videns turbatus est dicens
quomodo huc venisti. Que cum simulatione iterum plorasset intromi
sit eam in atriolum suum et ipse intravit in cellam suam et
clausit et ecce infelix illa clamavit dicens: abba fe
re comedunt me hic. Ille autem iterum turbatus est timens
et iudicium dei dicebat: unde mihi venit hec ira
et aperiens hostium suum introduxit eam intus. Cepit

Ro ij respisce ... fornicatione